

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quaenam in Alexandria docuerit. Cap. XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

stici obeundi flagitante, in Gr̄ciam per Pal̄estinam iter fecit, & Cesareę p̄ manum impositionem episcoporum, qui in illis partibus rexerunt ecclesiam, munus suscepit pr̄sbyterii. Qui vero, deinceps fuerint de illo tumultus & discordiæ concitatę, quę de eisdem ita cōmotis ab episcopis, qui ecclesiis p̄fuerunt, decreta, denique quę incommoda cum in verbi Dei explicacione summa cum laude floreret, pertulerit, quanquam separatum opus, ad plenam eorum explicationem postulare videntur, tamen in secundo Apologiæ libro, quam pro eius defensione edidimus, aliqua ex parte quantum tenuitas ingenii nostri patiebatur, de eisdem disse ruimus.

*Quenam in Alexandria docuerit.*

CAP. XVIII.

PR̄ter ea, quę modo recensuimus, ista pr̄terea ad commemorandum necessaria putamus, quomodo in sexto libro explanationum, quas in euangelium Iohannis conscripserit, declarat se, cum adhuc Alexandrię versaretur, quinque priores contexuisse. Operis vero quod in vniuersum euangelium lucubrauit, viginti duo tomis solum ad nos peruererunt. In nouo libro commentariorum, quos confecit in Genesim (sunt enim omnes duodecim numero) non modo octo priores eiusdem operis Alexandrię composuisse, sed etiam in viginti quinque Psalmos, qui primi sunt, commentarios edidisse commonstrat. Quinetiam in Lamentationes Hieremias, quorum quinque tomis ad nos peruenerrunt, elaborauit. In quibus obiter, librorum, (duo quidem sunt) quos de resurrectione exarauit, facit mentionem. Porro libros de principiis, prius quām Alexandriam demigrarat, scripsit. Libros quoque, qui inscribuntur σεωματēς, qui sunt decem numero, in eadem ciuitate, Alexandro imperium gubernante, literis prodidit: sicut pr̄cipui tituli tomorum initiis integre p̄fixi declarant.

*Quomodo*